

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**M. Tullius Cicero Mannvciorm Commentariis Illvstratvs
antiquaeq. lectioni restitutus**

Continens De Philosophia Volumen Secundum

Cicero, Marcus Tullius

Venetiiis, 1583

Ad III Et Exc D D Annam Dvcem Iiosae Parem Franciae Eqvitem Ordinis
Regii Consiliarivm A Secretis Chr Regis Francorvm Et Gubernatorem
Provinciae Normandiae

[urn:nbn:de:gbv:45:1-770553](http://urn.nbn.de/gbv:45:1-770553)



AD·ILL.^{MV} ET · EXC.^{MV}

D:

D·ANNA M
DVCEM·IOIOSAE

PAREM·FRANCIAE

E Q V I T E M · O R D I N I S · R E G I I
C O N S I L I A R I V M · A · S E C R E T I S

CHR.^{MI} REGIS FRANCORVM

E T · G V B E R N A T O R E M
P R O V I C I A E · N O R M A N D I A E



I, laudari a laudato uiro, praeclarum esse, dixit
Hector apud Naevium, ueterem Poetam: maxi-
me probari maxime probato Regi, maximae fe-
licitatis loco duci debere, nemo est, qui dubita-
re possit, aut debeat, A N N A, Dux Illustrissime,
Reges a Deo esse, eosque, qui rerum potiuntur,
Diuinæ legis custodes in Terris esse positos, fa-
tentur omnes. Neque in dubium reuocari id potest, quod tot iam
aetatum saeculis communi consensu sanctum est. Ea primum op-
nio, hominibus insita, ueritate nixa, radices altiores egit. Cum

* 2 enim

enim uiderent, Regum facta nil aliud spectare, quam ut humanitatem inter homines seruarent, propriumq. hoc Dei esse scirent; Reges, alteros a Deo iure existimarunt. Quod si fas credere: quanto est aequius, admirari eos Reges, qui inter alios Reges, tamquam Luna inter minores stellas, maxime lucent? HENRICVM igitur, Galliae, & Poloniae Regem, eum esse, qui omnium animos sibi deuinxerit, quis iam non nouit? Consecutus id est Regia humanitate, & plane Regia facilitate. Idem autem, qui bonis omnibus placet, uoluit Te praecipue sibi placere. quo fit, ut Tu bonis omnibus item placeas. Maximum certe Regis iudicium in omnibus suis actionibus apparet. Sed in Te amando, ornandoq. nemo umquam optimum Regem satis pro dignitate laudare potest. Neque ego fore spero, ut quidquam laudis ex meo praeconio ipsi accedat; qui uires meas tanto oneri impares esse fatear. uolui tamen publice extare animi mei uoluntatem de summo Rege: ut, si ingenium minime probetur, improbari non possit iudicium, immo summopere probari debeat. Sis Tu igitur (ut iudicij laudem non adspener, sed uel maxime eam persequar) alter mihi a Rege colendus, qui alter a Rege, quiq. intimus Regi es. Cumq. omnes Tuae actiones Reges imitentur, & Regium quiddam sapiant, non improber ego, si Te Regi, in Philosophorum Ciceronis librorum editione, adiunxi. Hanc uero maxime partem ex Ciceronis scriptis HENRICO Regi conuenire, facile iudicaui: qui scriptum legerim, optime cum hominibus actum iri, cum Reges philosopharentur. Quid est autem Philosophia, nisi sapientiae amor? Quid uero sapientia Henrico Regi antiquius? Primum igitur uolumen Henrico Regi, Alterum Tibi inscriptum, a me exit. Non potui ego, nec debui animos tam arte copulatos disiungere. Volui ad posterorum memoriam hanc coniunctionem transfire. Volui quoque ad Regis iudicium de Te, meum de Vtroque iudicium adjungere. Id certe assequar, ut, dum Te minus, quam par est, laudo, ipse maximam mihi laudem ab omnibus & deberi, & haberi sentiam. quid ni? Non ne Tu omni laude dignior es? qui omnia Tua dicta, factaq. ad unam laudem semper direxeris; neque quidquam umquam Tibi antiquius fuerit, quam laude digna agere, eoq. hominum animos Tibi conciliare. quos iamdiu & bene agendo, & bene merendo Tibi deuinxi. Non in obscuro est tua gloria. non later. late patet, & ad omnes gentes permanauit. Italiaq. ipsa Te proxime suspexit, cum Tu eam, ea Te, maiore forsan desiderio, uiseret. Haec certe Resp. Te cum uideret, & amplectetur, Regem ipsum uidere, & amplecti est opinata. Regiae enim Tuae Animi dotes eae sunt, quae Regi maxime conueniant: neque quisquam Regium quidquam in Te desiderat,

qui

qui Regia omnia contineas. Et Regi igitur ipsi, & Tibi maxime grata-
tulor, ob istam animi coniunctionem, ex qua tot bona quotidie man-
nare, & Gallia sentit, suo maximo bono, & nos, suaui quadam inui-
dia, uidemus. Faxit Deus opt. max. ut Regem, & Te ad multos an-
nos possimus uidere bene ualentibus. Faxit idem, ut haec, quaecum-
que sunt, ab optima mea mente profecta, neque Regi, neque Tibi dis-
pliceant. Quod si consequar; maximum meorum laborum fructum
consecutum me putabo, cum Regi me, & ei, qui Regi tam proximus
est, me non displicuisse sensero. Et sane Regium erit, animum am-
plecti meum, eiq. fauere, qui tantopere immortalitati laudum Vestrarum
fauere cupit; & forsan erit, cum id praestare possit; accedente
praeципue Regio, & plane Regio plausu.

Venetiis, Pr. Kal. Sext. **C I C I I C X X C I**

Ill.^{mæ}, atque Exc.^{mæ} D. T.

Addictissimus,

Aldus Mannuccius P. F. A. N.



du Regis opusis conseruata. Et Regis opusis
duo, oportet simili conseruatione, ex his iei pessimum
hunc, & Gallo fons, quo maximo potu, & nos, tunc ducimus in
eis, quodammodo. Exinde Dicte operae ut Regis, & Te aq multos au-
tos possunt usigere pene nullum. Exinde inde Regis ducimus
duorum apud hanc mecum piolegos, nascere, nascere
possunt. Quod si conseruat, maxima meorum inservit
longiorum membrorum, cum Regis illa, & ei, qui Regis tam proximus
longiorum dicitur, tunc Regis illa, annuit atque
longiorum membra, sed tunc, qui tunc Regis illa, annuit atque
longiorum membra, & longiorum annorum. Exinde tunc Regis illa,
longiorum annorum, cum id bisestria poterit; sacerdotem
bisestriam Regis, & bisestriam Regis poterit.

CIC. CL X C III

III. sive Eze. D. T.

Auditum

ANNS Manuunciae P.E.A.N.



INDEX. LIBRORVM

Qui hoc Volumine continentur.



<i>De natura deorum</i>	<i>Lib.</i>	{ I. II. III.	I 31 69
<i>De diuinatione</i>	<i>Lib.</i>	{ I. II.	93 123
<i>De Fato</i>		<i>Liber.</i>	155
<i>De Legibus</i>	<i>Lib.</i>	{ I. II. III.	171 187 205
<i>De Vniuersitate, ex Timaeo Platonis</i>		<i>Liber.</i>	219
<i>Arati uerſus, conuerſi.</i>			229
<i>Quinti Ciceronis De petitione consulatus</i>		<i>Liber.</i>	249

